Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Surge aquilo & veni auster: perfla hortum meum & fluant aromata illi. Lecta de vero vicit. Veniat dilectus meus in hortum suum: ut comedat fructum pomorum suorum. Xre vicit. Veni in hortum meum soror mea sponsa: messui myrram meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo. bibi vinum cum lacte meo. Xre de veteros vicit. Comedite amici & bibite: & inebriamini karissimi. Ego dormio: & cor meum vigilat. Lecta vicit. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea amica mea. columba mea. immaculata mea: quia caput meum plenum est rore: & cincinni mei guttis noctium. Expoliavi me tunica mea: quomodo induar illa. Lavi pedes meos: quomodo inquinabo illos. Vox ecclie de vero. Dilectus meus misit manum suam per foramen: & venter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi: ut aperiam dilecto meo. Manus mee distillaverunt myrram: digiti mei plenti myrra probatissima. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat atque transierat. Anima mea liquefacta est: ut locutus est. Quesivi & non inveni illum. vocavi & non respondit mihi. Invenerunt me custodes qui circuiunt civitatem: percusserunt me & vulneraverunt me. tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. Adiuro vos filie ierusalem: si inveneritis dilectum meum: ut nuntietis ei. quia amore langueo. Vox synagoge. Quales est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum: Quales est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiuraisti nos: Vox ecclie de vero. Dilectus meus candidus & rubicundus: electus ex millibus. Caput eius aurum optimum: come eius sicut elate palmarum: nigre quasi coruus. Oculi eius sicut columbe super rivulos aquarum: que lacte sunt lote & residentia plenissima. bene illi sicut arole aromatum consite a pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrram primam. Manus eius tornatiles aurea: plene iacinctis. venter eius ebur mundum: distinctus saphyris. Crura eius columne marmoree: que fundate sunt super bases auratas. Species eius ut lybani: electus ut cedri. Guttur illius suavissimum: tota desiderabilis: Talis est dilectus meus: & iste est amicus meus filie